

31. Confirmatur, quia Capitulum Sede vacante, in multis non succedit Episcopo; nam licet Episcopus in his, quae pertinent ad clausuram monialium, si collapsa sit etiam in monasterio exemplo visitare possit, non tam Capitulum Sede vacante in tali casu potest visitare, ut communiter tenent multi Doctores, quos citat, ac sequitur Barbosa in collectanea Concilii, *sess. 7. c. 8. num. 7.* & *sess. 21. c. 8. num. 6. sess. 24. c. 3. num. 8.* Quod etiam docent multi alii, Armilla verb. *Capitulum. num. 2.* Azor, *part. 1. lib. 3. c. 37. q. 5.* Lucerna Regular, verb. *Visitare n. 16.* Et ratio est, quia illa monasteria sunt exempta, ac proinde in ea Episcopus non habet jurisdictionem ordinariam, sed delegaram, in qua non succedit Episcopo Capitulum Sede vacante.

32. Argues; illa ampla, & lata potestas, quae datur in Concilio Tridentino *sess. 24. c. 6.* de reformatione, licet Episcopis, ut valeant dispensare in multis irregularitatibus, & absolvire suos subditos à quibusvis casibus reservatis Sedi Apostolicæ, in foro interiori, est potestas delegata, ac extraordinaria, & tamen transit ad Capitulum sede vacante, ut tenent multi Doctores, *Henriquez in summ. lib. 6. c. 16. §. 1. & lib. 14. n. 3.* & cum multis Sanchez de matrimonio, *lib. 8. disp. 2. n. 10.* Rodriguez Ludovicus Beja Saytus, Riccius, Pialeins, Navar, Gurtierrez, quos citat Barbosa ad collectan. Concil. Trident. citata *sess. 24. c. 9.* insuper addit Leandrum part. 4. tract. 2. de excommunicat. *disp. 17. quest. 4. 3.* Panvinium *quest. 11. n. 4. & 15.* Machado de Perfecto confessor, *tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 1. document. 6. n. 4.* Ergo etiam à simili, licet Episcopus habeat jurisdictionem extraordinariam, & delegaram in Religiosos exemptos, talis jurisdictione devolveretur ad Capitulum Sede vacante.

33. Ad argumentum defumptum à simili ex potestate concessa in illo Capitulo, licet Episcopis, negatur id, quod assumit, nempe quod illa potestas concessa Episcopis transcat ad Capitulum Sede vacante, & ita pro hac sententia negativa stant gravissimi Auctores, & omnes illi, quos supra *num. 32.* pro nostra conclusione citavi, & multi alii, ut ex Magistro Sahagum refert Diana citatus, & præter alia fundamenta constat ex filio Curie Romane, qui hodie perpetuo observatur, quatenus dispensationes matrimoniales, nunquam dignuntur à Capitulo sede vacante, quamvis id nominatum petatur, sed Episcopo viciniori, quia grandia, & magna negotia Episcopalem dignitatem exigunt. Et confirmatur, ac magis corroboratur hæc sententia, ex quadam declaratione Cardinali, qui adducit Suar. *tom. 4. ad 3. part. disp. 30. sect. 4. num. 6.* In qua facit Congregatio explicat ipsum Decretum Concilii Tridentini, licet Episcopis; sic ait sacra Congregatio: *In hoc Decreto non comprehenduntur inferiores habentes jurisdictionem ordinariam, & quæ Episcopalem, sed tantum Episcopi privative, quædam omnes alios.* Cum dicit privative, excludit omnes alios, ac proinde Capitulum Sede vacante, & omnes, qui non sunt Episcopi, quamvis jurisdictionem quasi Episcopalem habeant.

34. Secundò: Respondetur, quod dato, & ad-

Declaratio
Cardinalium
Suar.

missio quod dispositio illa Tridentini, licet Tridentini Episcopis, transcat ad Capitulum Sede vacante,

& quamvis hæc dispositio Concilii sit valde specialis, non inde recte fit argumentum contra nos. Nam concessio, ac intelligentia unius privilegii ex similitudine, ac identitate rationis non est extendenda ad aliud privilegium, & ad alias personas; quod probatur ex regulis juris, in 6. que à jure communi exorbitant, minimè sunt ad consequentia trahenda; & idemque probatur ex eo, finali de translatione Episcoporum. Et ratio est, quia privilegium non sumit suam efficaciam, ex similitudine, ac ex identitate rationis, sed ex voluntate conceientis, ergo parum refert, quod detur eadem ratio; si deficit voluntas, seu de illa non constat. Ita Baldus, Bartol. Cardinalis, Covar. & alii, quos citant, ac sequuntur Suar, *lib. 8. de legib. 0. 2. 8. num. 11.* Sanchez *lib. 8. de matrimonio. disputatio. 1. num. 3.*

Nec contra hoc obstat, quod Princeps cap. *Cum dilecta de confirmatione utili, & inutili, air: Nos ejusdem aequitatis similitudine provocati.* Textus ibi loquitur de Princeps, & Princeps, ut est Dominus legis ex similitudine, ac identitate rationis potest moveri ad aliquid facendum, & dispensandum; nos vero loquimur de judice, ac Doctore privato, qui non est Dominus legis, sed illi subditus.

QUESTIO III.

Duo Ecclesiastici se mutuo percosserunt in secreto, unus ab altero petivit absolutionem, an licet, & valide.

SUMMARIUM.

- 36 Proponitur casus.
- 37 Sex in presenti inquirenda.
- 38 Varia Authorum placita, & n. 39.
- 40 Quia sic occulum, seu secretum.
- 41 Ratione percosser Clerici vitandus ante sententiam judicis, & n. 42.
- 42 Percutens Religiosum initiatum prima tonsura in duplice censuram incidit.
- 43 Ad administrandum Sacramentum excepta Eucharistia, non est præmittenda confessio, & n. 45.
- 44 Cùm cautela explicata possum petere confessionem à Clerico licet agnoverim ipsam fuisse in peccato.
- 45 Clerici percosser ante sententiam non vitandus, & n. 48. & 49.
- 50 Absolutio à censura potest dari extra confessionem, & n. 51. & 52.
- 51 Sic ut dispensatio vici potest dari extra confessionem.
- 52 Excommunicatus absolvens extra necessitatem, peccat mortaliter, sed non incurrit irregulartatem, & n. 55. & 56.

Duo Religiosi, vel unus Religiosus cum suo Praelato existens in quadam villa, in secreto manus violentas inter se injeccerunt, subditus facti penitens petivit absolutionem à Praelato, qui revera habebat potestatem ad absolvendum; sicut & duo Clerici, ut facto contigit

36.

contigui tempore Jubilæi magni, cum ludarent, in riñam venerant secreto, & multis percussionebus sibi invicem manus violentas injeccerunt, postea reconciliati unus ab altero petivit absolutionem.

Pro exacta solutione praesentis questionis sex inquiranda sunt. Primo: Quid sit occultum, seu secretum. Secundo: An ille, qui percutit monachum initiatum prima tonsura, incurrit in unam, vel duplificem excommunicationem. Tertiò: An iste petens absolutionem ab eo, quem agnoscebat excommunicatum mortaliter peccet. Quartò: An iste sic excommunicatus valide possit dare absolutionem. Quintò: An extra confessionem valide possit dare absolutionem. Sextò: An supposito quod iste absolvens sit excommunicatus, dans absolucionem, incidat in aliquam irregularitatem.

Hanc quæstionem, de qua sèpè consultus sum, tractant Doctores & valde diversimode resolvitur; Sorbus Capucinus in suis annotationibus ad compendium verbo *Absolutio ordinaria quoad fratres, & sed si succederet.* Ponit easum inter duos Religiosos superiorem, & subditum regularem. Beja part. 4. *Respons. Moral. casu. 6.* Sequitur Sorbus, ponit casum inter duos clericos publicè se percutientes tempore Jubilæi, & uterque in hoc conveniunt, quod statim necessitate non habita copia alterius confessoris possunt licet se ad invicem absolvere à censura, & à peccatis, quia necessitas non habet legem; Sorbus addit, quod subdi us licet petere absolutionem à suo superiore; quod negat Portel. *tom. 1. Respons. Moral. part. 2. casu 30.* & valde diversimode resolvit, ut patet ex dicendis.

Quid sit occultum seu secretum?

De hoc jam dixi supra in hoc opusculo *Resolut. 27. quest. 4. num. 1.* Quod magis hic iterum explicamus, quia agimus in præsenti de excommunicatione, & hic casus valde frequenter accidit: notoriū ergo & publicū illud dicitur, ait Aragonius *22. quest. 102. art. 9.* quod quinque personis patet. Mafcardus de probationibus *tom. 2. conclus. 1101. num. 18.* requiri ut pateat septem. In qua sententia etiam est Zarola part. 1. *Praxis dubio 5. & dubio 6.* Ubi ad hoc ut aliquid dicatur notoriū, requirit sex, vel septem testes. Farinacius *tom. de inquisitione quest. 21. n. 185. part. 2.* & Avila de censuris *part. 1. c. 6. disp. 2. dub. 4.* In uno oppido ad faciendam rem notoriū, vult requiri decem, vel duodecim testes, & pauciores non sufficiunt; & addit Avila, quod in magna civitate plures requiruntur.

Communis tamen, & vera sententia est, quam in multis publicis conclusionibus defendi. Hujusmodi percosser Clerici, non est vitandus, ac habendus, ut notoriū percosser Clerici ante sententiam judicis, nam talis percosser Clerici, poterit dicere se fuisse ebrium, aut fecisse in sui naturalem defensionem, aut fuisse motum primū, aut alia similia, & infuper allegare in iudicio rumoris falsitatem, & ideo quandiu non constat per judicis sententiam illum percosserem nulla tergiversatione excusari, non est habendus ut notoriū

percussor Clerici, & ideo non est vitandus ante sententiam judicis, quo coram debet citari ad dicendum, ac allegandum pro se. Ita Co-Covar. var. o. *Alma mater part. 1. q. 2. n. 7.* Sayrus de Sayrus. censur. lib. 2. c. 12. n. 18. Fagundez precept. 1. lib. Fagundez. 2. c. 5. n. 12. Hurrado disp. 11. diff. 3. n. 10. Hurrado. Celestinus in compendio Theolog. Moral. tract. 3. Diana. 6. 9. diff. 3. Diana part. 3. tract. 5. Resol. 14. & part. 5. tract. 9. Resol. 6. 1.

Ex quo coll. ges, raro contingere percussorem Clerici ita esse notoriū, ut statim sit vitandus, ut non possit excusari aliquo juris remedio, ac proinde quando contra eum non profertur judicis sententia, potest in foro interiori absolvī ab alio habente potestatem, sive ratione officii, sive per bullam, & in foro exteriori se habere tanquam non excommunicatum, ita Auctores proximè citati.

An percutiens Monachum initiatum prima tonsura, aut aliquo alio ordine, incidat in duplificem excommunicationem?

Ad hoc secundum quæstum. Respondent affirmativè, M. Petrus Cornejo, in 3. part. tract. 5. de censuris disp. 5. sect. 5. quest. 5. & ultima. Suarez de censuris disp. 5. sect. 3. n. 15. *Suar.* B. nac. de censuris disp. 9. dub. ultimo quest. 3. Bonacina. Nam percussio illa Monachi, & jam initiati tonsura, vel ordine, censetur duplex transgressio, una contra reverentiam debitam statui Clericali, altera contra reverentiam convenientem statui monachali, circumstantia autem monachi diversa est a circumstantia Clerici, cum una sit consecratio Clerici, alia monachi, & una non sit connexa, nec subordinata cum altera; unde inferunt citati Doctores, quod ille, qui percutit sacerdotem, qui simul est Diaconus, & subdiaconus, non incurrit plures excommunications, circumstantia enim sacerdotis, & Diaconi non mutant speciem in hoc casu sed accidentaliter se habent ad transgressionem legis, quia solum spectavat reverentiam status Clericalis, non vero ordinem, quo quis est iniciatus.

An sacerdos, qui commisit peccatum mortale teneatur confiteri ad administranda alia Sacra menta.

Tertium propositum, An petens absolutionem ab eo, quem agnoscebat excommunicatum peccat mortaliter? Responder Portel. *citatus n. 3.* quod ille qui petit absolutionem ab altero percosser, peccat mortaliter.

Portel. *citatus n. 3.* quod ille qui petit absolutionem ab altero percosser, peccat mortaliter, contra charitatem petendo ab illo absolutionem, si habebat alterum à quo poterat, & non habebat urgentem necessitatem absolutionis, neque à quo petebat, erat proprius Praelatus obligatus ad absolutionem dandam, quia quilibet ex charitate teneret evitare damnum spiritualis alterius; & petendo absolutionem ab altero impedito, & excommunicato erat causa damni spiritualis seu peccati mortalis illius.

Tamen dico quod etiam extra casum necessitatis petens absolutionem ab altero, cum quo se excommunicavit, vel quia Praelatus est, seu quis

Henriq.
Bartol. ab
Angelo.
Polivinus
Suar.
Reginald.
Bonacina.

45.
Trident.

46.

Bonacina.

47.

Martinus. V. ad evitanda, ubi Martinus V. in Concilio Constantiensi determinat, quod nullos in foro interno, & externo se habeat, & ab aliis habeatur ut excommunicatus, nisi sit declaratus per sententiam judicis, vel notoriis percussor clericorum, ut nulla tergiversatione celari possit, ergo cum iste absolvens, quamvis sit excommunicatus, non est declaratus per sententiam; & quamvis sit percussor clericorum, non est ita notorius, ut aliquo subterfugio se non possit excusare, ut patet ex his, que dixi supra num. 41, in hac questione, ergo validè impedit absolutionem. Ita communiter Doctores.

48.
Sorbus.

Sorbus ait, quod si duo clericorum notoriis se percussant, & detur necessitas celebrandi, quod se poterunt ad invicem à peccatis absolvere, quod maius est, quam absolvere à censura, ergo si necessitas urgens tribuit illis facultatem absolvendi à peccatis, etiam & à fortiori & ad absolvendum à censura, cum absolutio à peccatis, quid maius sit, & nequeat dari, nisi præmissa absolutione à censura,

quia habet facultatem ex Jubilao, seu bulla, si ab eo petat absolutionem, & dicat si vis, & potes me absolvere, tunc non peccat mortaliter, quia sacerdos ad administranda Sacra menta excepta Eucharistia, non tenetur confiteri, sed sufficit, quod eliciat actum contritionis seu quantum in se est, faciat ad illum eliciendum, & hac est communis sententia. Ita Henrique lib. I. c. 39. Bartholomaeus ab Angelo Dialogo. §. 64. Polivinus de administratione Sacramentorum, cap. 5. n. 40. Suar. tom. 3. ad 3. part. disp. 16. sect. 3. Reginaldus lib. 26. n. 57. Bonacina. tom. 1. disp. de Sacram. quest. 3. punt. 2. Secunda propositio. num. 13. Et conclusio est valde communis, Dixi excepta Eucharistia Sacrosancta propter preceptum Concilii Tridentini, sect. 23 cap. 7. ubi precipitur, quod nemo confitis peccati mortalis sacram Eucharistiam recipiat, nisi præmissa confessione ob reverentiam tanti Sacramenti.

Et ratio est quia nullum extat præceptum, sive naturale, sive divinum, quo ostendatur ad administranda Sacra menta, tenet hominem se preparare per Sacramentum penitentiae, si mortaliter credit se esse in gratia per contritionem; cum ergo ille perens dicat, si vis, & potes, hoc postulationis modo, intellegit, si est jam sufficienter preparatus, ac dispositus ad administrandum Sacramentum, ut fieri poterat per contritionem; si ad contritionem, tunc potest petere, quia mortaliter jam credit quod sit in gratia; at vero si existimat, quod ipse persistit in suo peccato mortaliter, tunc perens ab eo peccat mortaliter, quia inducit alterum ad peccandum. Ista est communis sententia, ut notat Bonacina. citatus num. 1. §. Duxi regulariter.

Excommunicatus qualiter vitandus?

Quarum quæstum; An validè iste percussor clericorum excommunicatus, si alias habet facultatem, possit absolvire alterum sui percussorem, supposito quod ipse absolvens sit excommunicatus. Solutio est communis, & affirmativa, & clarè patet ex Extravagantiis Martini. V. ad evitanda, ubi Martinus V. in Concilio Constantiensi determinat, quod nullos in foro interno, & externo se habeat, & ab aliis habeatur ut excommunicatus, nisi sit declaratus per sententiam judicis, vel notoriis percussor clericorum, ut nulla tergiversatione celari possit, ergo cum iste absolvens, quamvis sit excommunicatus, non est declaratus per sententiam; & quamvis sit percussor clericorum, non est ita notorius, ut aliquo subterfugio se non possit excusare, ut patet ex his, que dixi supra num. 41, in hac questione, ergo validè impedit absolutionem. Ita communiter Doctores.

Sorbus ait, quod si duo clericorum notoriis se percussant, & detur necessitas celebrandi, quod se poterunt ad invicem à peccatis absolvere, quod maius est, quam absolvere à censura, ergo si necessitas urgens tribuit illis facultatem absolvendi à peccatis, etiam & à fortiori & ad absolvendum à censura, cum absolutio à peccatis, quid maius sit, & nequeat dari, nisi præmissa absolutione à censura,

Au absolutio à censura possit dari extra confessionem.

Ad quintum quæstum Respondeo istum clerici percussorem validè potuisse istum alium absolvere à censura, extra Sacramentalem confessionem, non auditis suis peccatis. Regula generalis est apud Theologos, quod confessio potens absolvere à censura, hoc etiam non potest facere non audita peccatorum confessio. Quod magis explicabo.

Habens jurisdictionem ordinariam potest extra confessionem à censura absolvere. Probatur, quia nullo jure ostenditur ipsum astrigneri ab solvendo date in confessionis Sacramento, & ita haberet in praxi. Nam Domini inquisitores publice absolvunt hæreticos à censura incurva ob hæresim, & tamen à peccato hæresis non absolvunt. Et pallium Praelati Regularis absolvunt suos subditos à censura, non absolventes à peccatis.

Habens facultatem delegatam, debet absolvere iuxta commissionem sibi factam, quare facta commissione absolvendi absoluere potest confessio absolucionem impenetrare extra confessionem, facultas enim absolute & generaliter data, absolute, & generaliter est intelligenda; nec est restringenda ad absolucionem in confessione daram, cum verba non importent hujusmodi restrictionem, & alias favores Suarez. sunt ampliandi. Ita Suarez tom. 5. disp. 7. sect. 5. Vasquez. num. 36. Vasquez de excommunicatione dub. 20. Filiius. M. Cornejo num. 9. Filiius tom. 1. tract. 11. cap. 9. quest. 8. n. 194. M. Cornejo, & alii.

Valde probabile est etiam absolucionem à censuris impendi posse extra confessionem, quando in facultate confessionis dicitur: Auditis confessionibus absolvatur à peccatis, & censuris adnexis, nam illa particula Auditis confessionibus refertur ad absolucionem à peccatis, quæ est materia necessaria, spectans ad confessionem nec si verè materia censurarum per se, quia à censura sine confessione potest absolviri, & ad illam non est necessaria confessio. Ita Agidius Coninch. disp. 14. dub. 16. Coninch. num. 25. Bonacina disp. 1. de censuris quest. 3. Bonacina. punt. 6. num. 8 ad finem. Rodriguez tom. 1. Rodriguez. quest. 6. art. 7. Et citat victoriam, Medinam, & Penham, eamdemque doctrinam tradit Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 4. num. 29. ubi ait Sanchez, quod quando Pontifex concedit rescriptum alicui, ut cum eo dispenset in aliquo impedimento, imposta illi salutari pénitentia, hac clausula non obstante potest dispensare cum illo extra Sacramentum pénitentiae; potest confessio regularis habens licentiam a suo Provinciali dispensare cum uxorio impedito ad petendum debitum, sicut cum aliis Doctoribus dixi supra Resol. 29. quest. 6. n. 33.

Sic etiam & confessores mendicantium juxta facultatem datum à suo superiori, possunt dispensare in votis non reservatis Papæ extra confessionem, nam ipsa dispensatio voti non est conexa cum absolutione peccatorum, & est actus exterioris jurisdictionis, qui per se solum exerceri potest, ita ex Suario, ac aliis Bonacina tom. 2. disp. 4. de voto q. 2. punt. 7. Bonacina. §. 4. num. 26.

49.

Portel.

50.

Cornejo.

51. Suares.

52.

53.

Benac.
Henriq.
Coninch.
Diana.

54.

55.

An

An excommunicatus absolvens incurvat irregularitatem?

Dicendum est quod iste excommunicatus absolvens, peccavit quidem mortaliter, sed non incidit in irregularitatem, ita tener Portel. citatus num. 6. Et prima pars, quod peccaverit mortaliter, inde ostenditur, quia agit contra præceptum Ecclesiæ in re gravi, cum utatur jurisdictione vetita, ac prohibita in illo statu, nisi detur aliqua gravis necessitas, ob quam impendenda sit absolutione, & non potest differri, inde graves Doctores, ut S. verb. Censura. M. Cornejo in 3 p. tract. 5. §. 1. dub. 4. Resol. 8. & alii multi docent communiter Sacerdotem excommunicatum posse celebrare ob gravem necessitatem propriæ infamie vitande, & inde bene ex paritate rationis deducitur, quod excommunicatus absolvens non peccabit mortaliter, quia necessitas nullam habet legem & hoc sapè in multis casibus consulvi.

Secunda conclusio pars ostenditur, quod sic excommunicatus absolvens non incurrat irregularitatem, & probatur maximè ex doctrina Suarez tom. de censuris, disp. 12. sect. 2. numer. 21, explicitans, quomodo Episcopus incurrit irregularitatem exercendo aliquem, actionem, quod si ille actus sit actus ordinis verbi gratia, si sit actus confessionis sacramentalis, tunc incurrit irregularitatem, at vero si actus ille sit actus puræ jurisdictionis; tunc propriè illum non incurrit irregularitatem; nam irregularitas non est extendenda ultra illud, quod jura determinant; at jura solùm decernunt, ac imponunt irregularitatem, dum exercet actum Sacramentum, non vero quando exercet actum jurisdictionis, sed tunc tantum exercet actum jurisdictionis, ergo tunc nullam irregularitatem incurrit. Confirmatur, quia Vicarius Generalis Episcopi, potest fieri ut nullum habeat ordinem, sed tantum primam tonsuram, & tamen iste carens ordine sacro, valide absolvit ab excommunicatione; ergo absolutione ab excommunicatione, cum sit actus jurisdictionis, non est de se annexus ordinis sacro.

Bonacina lib. 7. de censuris, quest. 3. punt. 6. citans Henriquez, & Coninch, quibus adhaeret Diana part. 4. tract. 2. Resol. 7. docet, quod Sacerdos non habens licentiam confidendi, si excipiat alicuius confessionem, non incurrit irregularitatem; quia irregularitas incurrit ab exercente ordinem, quem ille non habet, sed Sacerdos in hoc casu non exercet actum ordinis, quem non habet, cum verè sit Sacerdos, sed potius dicitur exercere actum jurisdictionis, quam non habet, ergo non est irregularis, cum sit lata irregularitas contra exercentem actum jurisdictionis alienus; & idem dicendum est de sacerdote administrante Extremam Vunctionem, sine auctoritate, ergo idem dicendum est in nostro casu, quod absolutio ab excommunicatione, non sit actus Ordinis, sed jurisdictionis, sed in his semper loquimur extra casum necessitatis.

RESOLUT. XXXVIII.

De Tertiariis.

DE Tertiariis multi, & gravissimi Doctores tractant Rodrig. tom. 3. q. 72. Miranda. annal. tom. 1. quest. 36. Casarub. in Compendio Privile. Mendicantium, verb. Tertiarii. Sola in tract. de possess. Tertiariorum R. P. Mag. Statius. Theodorus Stratus tract. de Tertiariis, & eu Novar. dem verb. Lucerna Regular. Jonnes Antoni. Portel. Novar. in summa Bullarii Titul. de Tertiariis Reg. Portel. in dubiis Regul. verb. Tertiarii. Cara. Caracuel. inuenit tom. 1. Theolog. Moralis fundam. ad finem, in quodam tractatu cum expositione Regula Tertiariorum. Gavant. copor. in Tertiarii, & etiammet citato Barbosa. in Collectanea 700, & Lezana in summa Regni. tom. 2. cap. 14. de Tertiariis.

QUESTIO PRIMA.

Vnde dicantur Tertiarii de Penitentia.

SUMMARIUM.

- Proponitur casus busus presentis questionis.
- Dicuntur Tertiarii iuxta Glossam, quia primi sunt Fratres, secundi Moniales, isti Tertiarii. His explicatur aliter iuxta vulgarem dicendi modum. Ibid.
- Dicunt ordo de penitentia, quia est via communis omnibus in quounque statu ad ecclam. Vel quia est valde mirabile, quod inter mundanas delicias inveniatur in secularibus austerioris penitentie. Ibid.

Circa annum 1619, maximè incipit flore, ac propagati in hac illustri civitate Ulyssiponensi sacer Ordo Tertiariorum Reverendissima Virginis Mariæ, quidam Religiosi se se opposuerunt contra nos, quod Religio Carmelitarum Tertiarios non habebat. Res deducta est ad Illustriss. D. Collectorem. Tunc R. admodum noster Provincialis M. Franciscus à Sylva, mihi, cum essem bujus Conventus Ulyssiponensis. Primarius Lector, ac Magister Regens, commisit ut de hac re ederem tractatum, maiorum mandato obediens, illum concepi, cuius transformatum ad varias partes delatum est, & inde de eo faciunt mentionem Barbosa, Lezana citatis locis, & Fr. Josephus à Sancta Maria praxi Reg. lib. 3. cap. 2.

Tertiariorum, ut à nomine incipiamus. Quia ut habet Glossa in Clementina tertia de sententia excommunic. Triplic est ordo, primus virorum sub regula cum tribus votis substantia. H. tialium